franci quaſi ſimulantes ceſſionem·hoſtes ꝓtrahunt vſq; ad lo/
cum deſtinatum. Cunq; viderent ſe vndiq; turmis concludi fu
gam inierūt·vbi multis interfectis et captiuatis & vulneratis
franci victoriam obtinuerunt· Captiq; ſunt comes flandrie. &
comes polonie · qui poſtmodū detenti in captiuitate diuturna
perierunt. Otto quoq; impator & rex anglie· et alii quidā vix
aufugerunt. ¶ Anno ab incarnacōe verbi Milleſimo·cc·xv·
celebrata eſt ſancta vniuerſalis ſynodus rome in eccleſia ſaluato
ris· que conſtantiniana vocatur·mēſe nouembris·p̄ſidente do/
mino Innocēcio papa tercio·pōtificatus ei9·xviii·anno· in qua
fuerūt ep̄i· cccc xii·Inter quos extiterūt de p̄cipuis patriarchis
duo·videlicet Conſtantinopolitan9 & hieroſolimitan9. Antio
cen9 autem graui languore detentus venire nō potuit· ſʒ miſit
pro ſe vicarium·ep̄m anthecadenſē. Alexandrin9 vero ſub ſar/
racenoꝝ dominio cōſtitutus fecit quod potuit·mittens ꝓ ſe dia
conum ſuum germanum. Primates aūt et metropolitani·lxxi
Ceterum abbates et priores vltra octingētos. Archiepiſcopoꝝ
vero et epiſcopoꝝ abbatum et prioꝝ & capitulorum abſentiū
non fuit certus numer9 cōprehenſus Legatoꝝ vero regis Sici
lie in romanoꝝ impatorē electi ·Imperatoris cōſtantinopolitani
regis frācie· regis anglie·regis vngarie· regis hieroſolimitani·
regis cipri·regis arroganie·necnon et alioꝝ principū et magna
tum ciuitatum·alioꝝq; locoꝝ·ingens fuit multitudo. ¶ Eodē
anno electus fui et tranſlatus in Aurſperg. ¶ Anno domini
Milleſimo·cc·xvi·Innocēcius papa obiit apud Peruſium· xvi
kal'·auguſti·pontificatus ſui anno· xix. Cui ſucceſſit honorius
terci9·qui fuerat cenci9 nomīatus .fueratq; camerari9 cardina
lium·& peccunias ipſis collatas inter eos fideliter et prouide di
ſtribuebat. Sedit annos·x·mē·viii·dies. ¶ Anno dn̄i milleſi/
mo·cc·xvii·Iam tepeſcere ceperūt p̄dicatores itineris hieroſoli/
mitani ꝓpter mortē Innocencii pape. Sane ep̄s halberſtaten̄·&
magiſter· C. de marburg in inferioribus ꝑtibus · & magiſter
Salomō herbipolen̄ in ſupiorib9 adhuc inſiſtebāt huic negocio
Honori9 quoq; papa in ciuitate romana p̄dicabat·& teſtifica/
batur in ipſa ſua p̄dicacōe·q tpe ſui ſacerdocii recupanda eſſet a
xp̄ianis ciuitas hirl'ima·quod ex tali ꝓdigio dicebat ſibi cōſtare
Quia cū olim fuiſſet ꝓcurator cui9dam cardinalis· Iacincti vʒ
qui poſtmodū fuit celeſtinus papa. Contigit vt idem iacinct9

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-164/0079
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG